dicitur Virga tua et baculus
tuus ipsa me consolata sunt. Hoc
baculi flexura non contra albos sicut
contra nigros debet esse quia in commissa
cura non debet mundi gloriam que-
rere. Dalmaticis circumamicire
debet esse operta quia vita eius
disciplina debet esse decisa.

veste monialium

De veste monialium

Vestis et conversatio
sanctimonialium a sanc-
ta maria sumpsit exordium. Hic
gradu vestis est concepta vestibus
amplioribus velo in signum pudo-
ris et futuri honoris. In nuptiis
quippe puelle caput et faciem
velant ne pudorem ab insipien-
tibus habeant. Ita iste sponse christi
se velant ut oculis virorum aliene
appareant et pro hoc sibi
coronam vite repositam sciant.

veste candida

Candidam quidam virgines candi-
dis vestibus utuntur a sancta
cecilia sumptum videtur que
foris veste splendebat intus
castitate fulgebat et tamen
mundi concupiscentia in corde
eius sordebat. Candida enim
vestis prefert veram virginitatem.

veste viduarum

Viduarum forma Dina filia Jacob
ante legem extitit a qua
vita viduarum ~~[illegible]~~ cepit hac sub
lege Judith regalis vidue imitate
sunt. Sub gratia vero Anna
et alie plurime secute sunt.
Que scindulas impressas candidas prefert
harum quoque lepra est mundi despec-
tus. Conversae autem que cum christo
generit a maria magdalena
formam sumpsit. Baptizati
vero ideo albas vestes portant
quia amissam innocentiam se in-
venisse insinuant. Eorum mitra ~~[illegible]~~
regni corona alba vero sacer-
dotum prefert stolam. Jam enim
facti sunt sacerdotes et regni
christi coheredes.

Incipit liber secundus

Incipit liber secundus

In superiori libello de missa
de ecclesia de ministris
que dominus largiri dignatus est
digessimus. Nunc de singulis
horis que diurno vel nocturno in officio
cantamus vel promimus. Et
a divina nocte incipiamus in
qua in ecclesia a servitute et ab ista
terra de morte ad vitam translati
sumus. Nocturnale itaque officium
respondet nobis vigilias singu-
lorum nunc. Celestis namque iherusalem
quam civitas ut vitalis consilium
per angelicas vigilias. Cum vires
suas quam in tres vigilias distribuant
ac singulis horis distinguunt et
omnibus per ordinibus christo
dicunt deo trinitati ter primus agmen
omnibus laudes. Sub persono concentu
iugiter consonant. Et quia ecclesia
militans in hac statione et conuber-
nio horum civium federatur ideo
et ipsa vigiliis nuncupatur et
id circo illius civitatis vigilias in
suis vigiliis imitantur. Prima
vero illius ...

ideo hec officia in nocte agit. Ideo
autem in dominica nocte et in hac
in qua cantat concordia angelorum. Hec
itaque per basilium constituta est in qua
clerus et populus quasi exercitus in
militiam congregatur. Signa
militibus per tubas dantur et spiri-
tualibus signa per campanas dantur.
Tunc quasi milites convenientes imp-
eratorem salutant deum per versum Domine
labia mea aperies laudes christi in-
choant. Qui enim in nocte dormi-
vit crucis signaculo quasi sigillo
se munivit. Et quia nunc aperuit
os quod in nocte clausit ad lau-
dem dei solvit. Et quia sic vigi-
lant nisi dominus civitatem custodiat
per versum Deus in adiutorium meum
intende dominus invocatur. Can-
tor qui invitatorium inchoat
est pro qui tuba vigiles ad arma
vias convocat. Post psalmum venite
hymnus omnes simul velut milites
deo in castris convenientes regem
laudibus efferunt. Deinde vigilias
inter se distribuunt dicentes tres noc-
turnos psallunt. Singule vigilie
tribus horis distinguuntur et
singulis nocturnis tres psalmi
decantantur. Angelice etiam tres
ordinibus figurantur et in tribus
vigiliis tres ordines scilicet psalmorum
lectionum responsoriorum denotantur
ideo autem novem lectiones cum responsoriis
recitantur et celestis curie
per novem ordines angelorum

celebrantur. Itaque tres noctur-
norum officia militiam nobis com-
memorant quia in castris domini sub
tribus temporibus videlicet ante
legem sub lege sub gratia militat

De prima vigilia

Prima vigilia
tempus ante legem intelli-
gitur quod quasi tribus horis attribuitur
dum tribus intervallis distinguitur.
Prima hora huius vigilie ab adam
usque ad noe erat in qua extiterunt
huius militantes abel enoch lamech
figurabant sicut primum psalmum indicat.
Beatus abel exprimit qui tamquam
lignum in tempore suo fructum iustitie
protulit dum ab hostibus huius
vite occubuit. Quare fremuerunt
gentes enoch designat qui deo in
timore serviebat quem scriptura
non dicit primo invocasse nomen
domini. Domine quid multiplicati
sunt enoch innuit quem omnes
suscepit deus cum et terrenis
transtulit. Domine ne in furore
lamech exprimit cum deprecatione
dominus exaudivit cum ei talem filium
dedit qui humanum genus a furore
dei in archa servavit. Hii psalmi
ideo sub una gloria patri cantantur
quia iusti illius temporis trinitatem
coluisse creduntur. Ideo autem
quatuor psalluntur quia quatuor
virtutibus prudentia fortitudine
iustitia et temperantia floruisse nos-
cuntur. Antiphona per quam modula-
tur laudatio eorum in eis notatur. Se-
cunda hora huius vigilie a noe

De prima vigilia

vsqz ad abraham erat in qua
noe sem heber thare vigilabat
vt sequentes psalmi insinuant
Domine deus meus in te speraui Noe
exprimit quem dominus in sua generacione
iustum inuenit et ideo a persequen-
tibus eum saluum fecit Domine domi-
nus noster Sem exprimit quem dominus gloria et
honore coronauit dum benedictione
patris super fratres sublimauit Con-
fitebor tibi domine Heber exprimit
qui omnia mirabilia ~~narrauerunt~~
dei nouerunt cum ciuitatem gygan-
tum dissipauit In domino confido
Thare depromit qui in domino
confidit cum impia gens eum
igne ad ortum coegit cum per ca-
lices ignis et sulphur fuit
Hii quoque quaternum psalmi sub
vna gloria patri cantantur quia
et isti patres in quatuor virtu-
tibus rutilantes trinitatem ado-
rasse noscuntur Antiphona
vero modulacionis prefert de-
uocionem illorum laudacionis
Tercia hora vigilie ab abraham
vsque ad moysen fuerat in qua
abraham ysaac iacob et ioseph
vices vigilandi custodiebant
quod instantes psalmi proclamant
Saluum me fac deus abraham
exprimit cum caldeis deserit ne
videretur ipse pene solus deum co-
lere et totus mundus ydolatrie
deditus fuit Vsquequo domine ob-
lacione ysaac exprimit in domino bo-
tribuit cum christi figuram in
omnibus prefert Dixit insipiens
iacob ostendit quem insipiens la-
ban sicut esau primus decepta
erat dum eum sepius defraudauit
Ipsi est dominus spes eius fuit malo
ab eo auertit Ve exaltauit
iacob et leuauit eum Domine quis
habitabit in tabernaculo tuo Ioseph
demonstrant qui pro macula et
ingressu dum stuprum recusabat
et operatus est iusticiam domini a periculo
famis liberabat hii eciam quater-
ni sub vna gloria patri clauduntur
quia hii vigiles in quatuor virtutibus
splendentes trinitatem coluisse
~~[illegible]~~ leguntur Antiphona
melodie est laus ab eis cum plebibus
maiestati diuine Sunt eciam
iste antiphone quedam vigilie
cantilene Versus qui sequitur
a vertendo dicitur ideo quia
se hic chorus vertit ad orien-
tem et quia se vertit de psal-
mis ad leccionem Pater noster oracio dominica
in secreto dicitur secreto enim
consilium intelligitur Post pre-
ces sacerdos versus aperte dicit
quia ita mandatum legatis iniungit
vicissitudinis leccionis sub successio-
nibus legatorum Iam iube domine
benedicere dicit quasi licenciam
eundi petit Benediccio vero
sacerdotis est licencia imperatoris
ipsa autem leccio est iniuncte legacionis
execucio Tu autem domine conuer-
sionem legati exprimit diuinum

3a hora

complementum mandatum reddit. Lectiones quoque de conditione illorum patrum prosequuntur. Responsoria vitam eorum persequuntur, quia post conditionem tempore descriptus. Ideo dicitur prima vigiliam ab hec lectiones leguntur que ab eo primitus intercepta diluvii tempore tradiderunt. Et ipse primus caldeos astronomiam docuit et egiptios mathematica imbuit. Ideo etiam parata prima vigilia lectiones leguntur que tractando primo tempus libri legis ad doctrinam ipsorum a moyse conditur. De 2a vigilia

Secunda vigilia tempus legis accipitur quod tres quasi tribus horis distinguitur. Ideo tribus interstitiis dividitur. Scilicet a moyse usque ad david. Secundo a david usque ad babiloniam. Tercia a babilonia usque ad christum. Sive sacerdotibus iudicibus regibus quod

De prima hora declarat psalmos tractat. Conserva me domine. quippe sacerdotes acceperunt que partes hereditatis et talibus omnibus fuit qui prima hora huius vigilie excubias servabant dum aaron et alii post eum lege domini docebant. Exaudi domine ius-

De 2a hora ticiam meam. Iudices tenuit quorum iudicium de vultu domini prodiit. Hii secundam de hore vigilandi curam susceperunt sicut dum gedeon et alii populum secundum legem dei iudicaverunt. Diligam te domine. Quartus ostendit quod

De 3a hora domini in caput gentium constituit. Tertie hore vigilias custodiebat dum david et alii reges ad iustitiam regebant. Singulis psalmis cum gloria patri psallimus quia singulis superadditi ordines trinitatem adorasse scribitur. Ideo etiam et tres psalmi cantantur. Antiphone tercie quibus psalmi modulantur sunt laudes quas ab illis iustis trinitati exhibentur. Sequentes lectiones sunt moyses vigilia predicationes. Responsoria vero illorum actiones quibus hec cantabiles erant instructiones. Ideo autem lectiones ad vigilias quarum legimus quod illo tempore libri prophetarum scribebantur. Et ipsi tempore legis quasi 2a vigilia populum docuerunt et tanto bonorum operum personuerunt. De 3a vigilia

Tercia vigilia tempus gratie continet quod usque in finem mundi perdurat. Hec quasi in tribus horis dividitur. Ideo tempore apostolorum predicationis tempore persecutionis tempore pacis distinguitur. Prima hora huius vigilie apostoli vigilabant quos demonstrat. Celi enarrant. Cuius vocis omnibus loquela et sermo audiuntur dum eorum sonus in omnem terram exivit. Secunda hora martyres vigilandi curam subierunt quos psalmus Exaudiat te dominus denunciat quos nomen dei in die tribulationis protexit et omnibus sacrificiis eorum memor fuit. Tercia hora constantinus dux pacis excubias cum fidelibus suscepit quem psalmus Domine in virtute tua letabitur rex. Tenuit. Ipse enim rex in virtute christi est letatus dum thronos

interuenientem bonus orbis in nomine christi per siluestrum et resuscitatus. Unde psalmista dei vehementer exultauerunt qui in maxima synodo in nicena congregauerunt. Quia etiam coronam super caput eius posuit gloriam et magnum decorem ei tribuit. Hec virginitas dicta adhuc ipsius fidelium sunt quia rex in domino sperat. Ultimum huius psalmi tangit tempora antichristi quem dominus clibanum ignis ponet in quo vasa sua examinet. In tempore vero vultus sui id est in die iudicii et in omnibus iniquis dominus ira sua conturbabit sed eos ignis deuorabit. Tertiam vero vigiliam in virtute sua domine [illegible] exaltabit quia virtutes eius incessanter cantabit. Hoc psalmo singulo [illegible] pro [illegible] terminatur quia firmitas ab omnibus hominibus veneratur. Tres autem ideo sunt quia in fide spe caritate floruerunt. Antiphone melodie sunt gratulationes ecclesie et quedam vigilie cantilene. Paulus vigil suauem cantilenam in prima hora cantauit qui pro gentium vocatione sic exultauit. Regi seculorum immortali inuisibili soli deo honor et gloria. Iamentius vigil dulcem cantilenam in secunda hora est modulatus quam in [illegible] sic est consolatus. Grates tibi ago domine quia [illegible] magis ingredi merui. Gregorius vigil delectabile carmina in tercia hora sonuit qui musica arte diuinum officium ecclesie docuit. Per lectiones que recitantur doctrine fidelium designantur. Responsoria que cantantur sunt illorum exempla quibus alii informantur. Unde etiam responsoria vocabulum habet quia vita doctrine respondet. Per cantum versus penitentium conuersatio intelligitur. Nam quibus de malo ad bonum conuertitur sicut laborat qui versum solus cantat. Ita penitens laborem subit quum pro errato satisfacit. Post versum autem cantus incipitur et quod omnium pro conuerso gratulatio. Cum omnibus pro omnibus ordinibus succinunt sicut sancti subuenerunt quia et angeli super uno peccatore penitentiam agente gaudium in celis ducunt. Per hoc autem cantores milites exprimuntur [illegible] quum si aliquis de sociis suis inter hostes aberrauerit contristantur si vero periculum euadens redierit ei congratulantur. Tertio responsorio per gloria patri adiungitur quia trinitati omnes pro preteritum et futurum subiiciuntur. Ad tertiam vigiliam ideo euangelium recitatur quia in tertio tempore illud mundo predicabatur. Ideo et in 3o nocturno sepius in antiphonis alleluia cantatur quia in illo tempore laus et letitia ecclesie vite predicabatur. Hec omnia ideo in dominica nocte aguntur quia hec omnia sunt dicta per fidem resurrectionis christi saluatoris. Porro te deum laudamus gaudium et letitiam nobis representat quo ecclesia in die iudicii liberata exultat. Forsitan aliquem mouebit cur tres vigilie a nobis ponantur cum apud [illegible] noctis vigilie predicantur. Hic sunt quia ad noctem scilicet significat refertur sic tres tantum vigilie quoque tria tempora ponantur pro quibus et tres nocturni psallantur. Cum

vero ad noctem temporibus ferventibus quatuor vigiliae distribuuntur et pro quarta laudes canuntur. Et sciendum est quod nocturnus dicitur tantum intelligitur cum ad nocturna hora accipitur.

De media nocte

Nocturnale autem officium ideo media nocte agimus quia media nocte Dominum dormientes Egiptios percussisse et vigilantes Hebreos liberasse legimus. Ideo etiam media nocte agitur quia Dominus in media nocte natus legitur cuius mox laus ab angelis cantatur. Tunc etiam pastoribus lumen apparebat qui vigilias noctis custodiebant. Ideo quoque in media nocte et in ultima nocte quia Dominus media nocte et in ultima infernum devastavit et ipsum ibi vigilantes inde liberavit. Ideo multiplicamus in media nocte et in ultima nocte quia Dominus media nocte et in ultima nocte ad iudicium veniet et dormientes ab omnibus de civitate sua disperdet, vigilantes vero in beatae in locum exultationis adducet.

Auctoritas sanctorum patrum

Auctoritatem vero a sanctis habemus ut in nocte surgentes laudes creatori nostro canamus. David namque et alii prophete media nocte ad confitendum Domino surgebant et Deum in ordine comportabant, et Paulus et Silas in carcere media nocte psallebant quibus angelus lumen ubi vincti ... catholici qui nuncupantur primus comparavit Iheronimus primum in Bethlehem ubi Dominus nasci voluit nocturnale officium vel religiosis sicut hodie canit ecclesia horis

disposuit. Sed Damasus papa per omnes ecclesias eodem ritu cantari instituit. Antiphona dicitur contra sonus; psalmus vero dicitur sonus. Unde antiphona nomen habet quod contra sonum sonat quia videlicet cum antiphona incipitur secundum cuius tonum psalmus canitur. Hunc cantum primus Ignatius Antiochenus episcopus in celo angelicum choros alternatim audivit et secundum hanc formam sua ecclesia cantare docuit quod morem usque ad omnes ecclesias pervenit. Responsoria a respondendo dicuntur quia choro canente versus ab uno respondetur. Hunc cantum primus Ambrosius Mediolanensis episcopus composuit et ab eo tota ecclesia formam accepit. Hic etiam hymnos composuit quos adhuc ecclesia canit in laudem Christi.

De vinea

Nocturnale quoque officium est imitatio in vinea laborantium. Sed in ecclesiam ad servitium dei nocturno convenimus qui in vineam ad operandum convenimus. Dum enim vita nostra comparatur quia tenebris ignorantiae obscuratur, cum laude dei per labia mea aperimus qui opus vineae inchoamus. Deus in adiutorium meum intende; Dei adiutorium meum invocamus quia incepto opere pecuniam ... precinente vero alterutrum ad servitium dei qui operantes instigamus. Deinde hymnum dicendo canimus quo nocturnas illusiones superamus. Et illos per hoc imitamur qui cantant dum operantur. Deinde cum alternatim psallimus qui certatim operi insistimus. Dum lectiones legimus qui nos ad opus instruimus. Dum responsoria canimus qui pacto opere gratias agimus

Est enim lectio mentis refectio. Quum ergo lectiones legimus quasi animas in diuino opere lassas vel vinee operarios reficimus. Quum responsoria canimus quasi post refectionem laudes soluimus. Post hec iterum psalmis quasi refecti ad laborandum surgimus. Diuerse nocturne hore varie sunt quibus operarii in vinea domini intererunt. De presfamilias

Ut autem laboribus vinee non elongentur operariorum patrum in hac vinea pondus diei et estus portancium exemplum per psalmos et lectiones profert. Sacerdos itaque qui incipit figuram patrisfamilias gerit qui operarios in vineam conducit. Cantor qui venite cantat profert preconem qui ad vinee culturam inuitat. Porro primus illum cantum representat quo post partum operis alacriter inchoat. Psalmi opera diuersorum sanctorum nobis insinuat qui in hac vinea laborabant. Primi namque psalmi quasi mane scilicet ab adam usque ad noe demonstrant. Secundi quasi tercia hora tercia a noe scilicet usque ad abraham indicant. Tercii quasi circa sextam horam scilicet ab abraham usque ad moysem denunciant. Mane itaque primus abel huius vinee laborem subiit quem primus psalmus Beatus vir exprimit. Qui nos in lege domini die ac nocte meditari quasi in vinea laborantes docuit. Qui ipse prothomartir tamquam fructiferum lignum martirii fructum primus protulit

Post hunc enos vineam excoluit quem psalmus Quare fremuerunt gentes tangit qui nos in hac vinea domino in timore seruire instituit. Contra gentes qui contra eum in malicia fremuerunt et aduersus dominum inania meditati sunt. Deinde enoch huius vinee cultor extitit quem psalmus Domine quid multiplicati sunt exprimit qui nos a sompno exurgere et voce mea ad deum clamare monuit. Cum enim multitudo populi maligni accederet dominus eum suscepit. Lamech sequens ad laborem intrat quem Domine ne in furore tuo ostendit qui nos per singulas noctes lectum meum lacrimis lauare instituit ne cum hiis perirem quos dominus in furore suo arguit. De tercia hora

Noe Deus meus in te speraui hoc ostendit quod quasi tercia hora hanc vineam excoluit et primus vites plantare nos docuit qui qui in domino sperant deum cum in archa liberauit. Domine dominus noster scilicet demonstrat qui post diluuium in hac vinea nomen domini admirabile in vniuersa terra nunciabat. Cum omnibus laudaretur se gloria et honore coronabitur qui ex ore infancium et lactencium laudem perfecit. Confitebor tibi domine heber cultorem huius vinee insinuat qui nos admonet psallere domino qui in syon habitat. In domino confido itaque indicat quod cultor huius vinee in domino confidebat et dominum in templo sancto suo nos seruire monebat. Saluum

hora abraham hanc vineam
intrabat que psalmus salvum me fac
deus declarat qui sanctus desce
in totus mundus parabola voluit. Vespe
quo decus psallar in hac vinea labo
rantem competunt tunc dominus obliga
non sunt dum arche se eo marca
dum posuit Cum nos cantare
domino compsallere nos eius monuit qui
omnia bona nobis tribuit. Dixit
insipiens iacob tenuit qui caput
insipientem laban populus dici et
eius portat qui dominum nobis ...
donat. Domine quis habitabit ioseph
depingit qui in hac vinea sine
macula desudavit et nos dominum
glorificare monuit. Quod inter
missa psalmodia versus dicitur
designat quod intermisso opere
plenitudo ad refectionem expedit.
Lectiones que leguntur super dulsa
scabula quibus operarii ad sacra
refitiuntur. Benedictiones que sequuntur
religiosorum benedictiones constituit qui
sibi benedicant. Responsoria que
post lectionem canuntur sunt lau
des que post prandio solvuntur. De 2º nocturno

Secunda nocturna est hora
nona. hac moyses et aaron
aliique sacerdotes legis vineam
domini colebat qui in psalmo Con
serva me domine dominum partem suam
et calicem dicebant et nos dominum
qui tribuit intellectum benedicere doce
bant. In hac iudices laborabat
quos psalmus Exaudi domine iusti
tiam meam denotabat qui iudicium
suum de vultu domini prodire rogabat

et nos in nocte ad deum clamare
monebat. In hac reges quoque desu
dabant qui se in psalmo Diliga
te domine in capite gentium constitutos
proclamat qui nos laudando dominum
honorare instruebant. Versus modu
lando est ab opere separatio. Lectiones
sunt operarius refectiones. Responso
ria eius laudationes. De tercio nº

In tercio nocturno representat hora
xi. in hac apostoli humeros
oneri subponebant quos Celi
psalmus Celi enarrant qui nos
iustitia domini docebat. In hac mar
tires ut in magno estu que pondus
portabat quos loquitur psalmus Ex
audiat qui nos deum in die tribula
tionis honorare docebat. In hac et
confessores operati sunt qui in
psalmo Domine in virtute tua ex
pressi sunt qui voluntate labio
rum suorum fraudati non sunt et nos can
tare et psallere virtutibus domini per
suaserunt. Per versus qui sequuntur et
evangelium quod legitur confusio operum
intelligitur qui quia responsoria
canunt quod per evangelium domini in
vinea domini conducti sunt qui tota
die in foro ministrantes otiosi steterunt
Per te deum laudamus illorum gaudium
inpletur quibus peracto opere diurno
denarius in sero id est vita eterna
in consummatione seculi dabitur. Hos
ideo in nocturnali officio imitamur
ut cum eis denarium vite ... merea
mur. Et hec tota pro Christi resurrec
tione peraguntur ideo in dominice resur
rectionis nocte tali modo cantantur.

Antiqui patres in omni opere De usibus
deum invocabant sicut et gentiles

in minimis cum rebus deum inuoca-
dum censebant. Ideo nos omnibus horis
per versum deus in adiutorium incipimus
et in omni actione dominum inuocamus
Nocturnus memor sum nocte tempus
ante legem designat quo patriarche
in nocte ignorancie nominis dei me-
mores erant. Sed et dominum exprimit
qui pro nobis in nocte orauit ut
et etiam nos eius in nocte memores
simus. Vel media nocte tempus legis
denotat quo prophete de nocte ignorancie
ad lucem sciencie fulgebant. Sed
et ipsum demonstrat qui media
nocte de mortuis surgebat. Vel et
etiam media nocte ad confitendum nomini
eius surgamus. Per versum exaltare domine
tempus gratie designat quo dominus in
virtute sua id est in deitate prius ex-
altatur. Et si etiam virtutes eius
in nocte cantabit eam quoque in gratia
exaltabit. Exaudi domine preces supplican-
cium ex libro paralipomenon
assumptum patriarchis conveniunt quos
primus nocturnus exprimit. Ostende
nobis domine vel quodcumque aliud pro
tempore de psalterio vel alia prophe-
cia sumptum prophetis conveniunt quos
secundus nocturnus innuit prioribus et me-
dium vero maxime omnium sanctorum spe-
ciale et apostolis conveniunt quos tercius
nocturnus continet. Iube domine benedicere
ad deum dicitur ad quod tractat domine com-
minatur quod de psalmo beatus qui
intelligit assumitur. Sacerdos autem
qui tenet dei vicem dat benedictionem.
In festis sanctorum ita nocturnale officium sicut
in nocte diuina agimus quia eos
per Christi resurrectionem gaudia
consecutos credimus. Ideo autem
in nocte lectionibus et cantibus psal-
mis ac responsoriis celebramus quia
eos in consorcio nouem ordinum an-
gelorum esse credimus.

De matutinis monachorum

Porro diuinum officium a beato
Benedicto ordinatum pene idem
significat presertim cum ad id videlicet
ad laudem dei et ad instrumentum spiritualia
tendat. Hoc ideo est ab ecclesia accep-
tum quod ab illo qui omni iustorum spiritu
plenus fuit compilatum et ab apostolico
pontifice sancto Gregorio auctoritate
roboratum. Vnde patet quod idem
vir dei plenus in vinea laborantes
et in vigiliis excubantes attenderit
Cum tali modo psalmos distribuerit
et diuina nocte tribus vigiliis pa-
tribus noctes distribuerit licet ipse
psalmos senario lectiones vero
quaternario numero assignauerit.
Quia videlicet per senarium actiue
vite actio designatur propter sex
opera euangelii quibus in sex diebus
qui in vinea laborant. Per quaterna-
rium autem contemplatiue vite perfectio
propter quatuor euangelia figuratur
quibus contra hostes etiam et de-
mones iugiter vigilatur. Per sex ergo
psalmos in vinea laborantes de-
clarantur per quatuor lectiones in cas-
tris dei vigilantes demonstrantur.
Per responsoria alacritas laborantium
denotatur. Notandum quod hic diuini officii
ordinator a psalmo domine in vir-
tute quo de pace ecclesie consistit tercio
et aliquibus qui passionem Christi sonant
in hoc officio concludit. Domine enim in
uirtute ponentibus a deo deus meus
respice incipit et ita dicte psalmos

cantans in vesp(er)is In man(us) tuas
com(m)endo sp(iritu)m meu(m) finiunt. Hor(e) isto
in nocte d(omi)nice r(esur)rectionis statuunt
q(uia) mun(us) x(rist)i p(er) passione(m) ad r(esur)
rectionis pacem p(er)venit et ec
clesie pacem p(er) passione(m) co(n)tulit.
Et nos in pace degentes si passio(n)i
x(rist)i in vigiliis nos coniungendo com(m)u
nicabim(us) in resurrectionis pace etiam
exultabimus p(er) x(rist)m. Tertio vero noc(turno)
ideo vero dei trib(us) cantib(us) assurgunt
q(uia) trinitatem in fide spe et caritate
laudare volunt. Vel eas tantum
sed alia cantari instituit q(uia) lauda
tores trinitatis ad cantum celesti(s)
scientie vocat(i) dormit. Deinde q(ua)tuor
lectiones de euangelio legi precipit
q(uia) ipsi vigiles p(er) doctrina(m) quatuor
euangelio(rum) in q(ua)tuor virtutib(us) mu
nitos monuit ut videlic(et) in diuinis
et humanis sint prudentes in adversis
et prosperis fortes in dei (?) famulo
soluendo et prebendo plani obe
diendo iusti in omnib(us) actib(us) suis
temperati. Huius quatuor responso
ria subiungunt si hec om(n)ia alacriter
peragunt. Post hec consistunt et dilecta
cantare: Te deum laudamus q(uo)niam
nil sibi in omnib(us) hiis attribuebat
sed cuncta diuine laudi attribuebat
se vero inutiles servos dicat. Pro
deum laudamus quam ille cantic(um) in
telligit q(uod) perfecto opere ab operariis
(?) (?) canunt. Deinde euange
lium legi precipitur p(er) q(uo)d vita eterna
promittit q(uo)d denarius intelligitur
q(uo)d operariis p(ost) laborem dabitur.
Per ympnum te decet laus quia ad
eximium cantatur illa ultima gratulatio

accepit q(uod) qui percepto vite denario
in deo exultant q(uia) de labore ad
requiem de vinea ad patriam eius
ire liceat. De inclinatione

Cum ecclesiam ingredientes
ad altare inclinamus q(ua)si rege(m)
militi(b)us adoramus. Exercitum quippe
regis milites sumus sed semper
in conspectu spiritualis militie assumimus.
Cum autem ad oriente(m) et occidentem
inclinamus deum ubique presentem nos
adorare monstramus. Tunc ita immo
nabili more ad orientem ante mortalitatis
usque ad occasum mortis sequi debe
simus celum ab oriente in occidentem
naturali revolutione ferri videmus.
Item morti expositi designant
qui se toto tempore ab oriente in
oriente(m) gyrant. De matutinis et laudibus

Apud gentiles dii infernales
dicebantur manes eo q(uod) mane
diem terris emitterent que tota
nocte q(uasi) inclusa tenebatur. Alia(s)
manes dicuntur mane id est bonum dicitur
eo q(uod) nichil nisi lux videatur. Alia(s)
mane autem dicitur mane matutina
laus deo pro luce exhibita. Hac
hora ea de causa canimus q(uo)d ista
hora mundum creatum credimus. Hac
hora astra matutina exorta sunt
iocunditate luxerunt et deum q(uasi) fecit
ea dulci armonia laudaverunt
sunt angeli ea hora creati sunt qui
et filii dei nominati sunt qui mox
pro creatione sua dei magna vo(ce)
suavi et tecum conditori iubilaverunt.
Unde nos hac hora celestem
imitamur qui vespertina astra appella
mur quatinus si solem nostrum pro

De inclinatione

De matutinis laudibus

nobis ostendentem laudibus sequimur per eum ad ortum lucis videlicet in resurrectione ad astra matutina perducamur. Hac hora deus populum suum per mare rubrum transduxit et hostes eorum submersit sicut scriptum est: Factum est in vigilia matutina dominus per nubem respexit et egyptios interfecit. Ea hora qua illi sunt in mare et in nube baptizati sunt illi in fluctibus precipitati. Hac hora christus a morte victor resurrexit et dicens nos ab inferis revocavit et populum sanguine suo redemptum a regno tyranni reduxit et hostes eorum baratro immersit. Hac hora in fine mundi iusti a sompno mortis evigilabunt de nocte huius mundi ad lucem eterne claritatis transituri. Tempus ergo noctis quod ante nocturnum precedit prefert illud tempus mortis quod ante legem precessit. Nocturnus ergo illud tempus exprimit quo populus sub lege deum coluit. Matutinalis autem hora cum lux appropinquat tempus a christi resurrectione usque in finem mundi demonstrat quo ecclesia dilecto suo canticum cantat. Psalmi autem qui hic cantantur utrumque exprimere conantur. Et tempus legis quod velut umbra precessit et tempus gratie quod ut lux veritatis effulsit. Primus itaque psalmus illud tempus umbre innuit quo dominus post liberationem populi sui super egyptum populum

regnavit et ei qui rex fuit ad legem constituit. Decorem induit deus mirabili tabernaculo coli voluit. Tempus quoque gratie exprimit quo deus post redemptionem populi sui a morte resurgens per mundum regnavit et decorem immortalitatis induit.

De iubilate

Secundus psalmus illud tempus umbre ostendit quo populus dei et oves pascue eius portas id est terram repromissionis in confessione introivit et ei omnis illa terra iubilavit eique in letitia servivit. Tempus etiam gratie depromit quo ecclesia fidem christi recepit et ad predicationem apostolorum iubilavit omnis terra et deo servivit in letitia. Tercius psalmus illud tempus umbre indicat quo devictis hostibus sub Salomone populus in pace tripudiavit qui in velamento templi exultabat et rex omnisque populus in deo iurans eum laudabat. Huic psalmo alius sub una gloria copulatur quia regnum iuda et regnum israel in una lege sonat. Tempus etiam gratie exprimit quo sedata persecutione ecclesia pacem recepit. Ideo ad deum de luce vigilat et in eo in matutinis meditatur qui est adiutor eius. Rex vero constantinus in deo letatur per quem omnis ecclesia in christo iurans pacem gratulatur. Os ad hereticorum iniqua loquentium obstruitur. Alius psalmus hunc

sub una gloria adiungitur. et iudaica
plebs adiuncta ecclesie in una fide
associabitur. Cantatur benedicite
quod sibi quinto loco ascribit illud
tempus umbre figurat quo quinta
etate Nabugodonosor tres pue-
ros in caminum ignis misit in quo
angelus eos refrigerans cum eis in
fornace fuit ubi cecinit. illud quoque
tempus exprimit quod cum tres
partes mundi asia affricam et euro-
pam a tribus filiis Noe in cami-
num tribulationis missus dicat. Dn
et sit gloria tamen quod omnis laus
ecclesie clauditur. Laudate dominum
illud tempus designat quo populus
a babilone reversus templum ree-
dificabat et illud tempus ostendit
quo ecclesia omisso antichristo deum
laudabit et post terrorem lapsos
in domo dei per penitentiam restau-
rabat. Hii tres psalmi ideo sub
una gloria psallantur quod tunc christiani
iudei et gentiles in una religione
deum laudare noscentur. Hymnus
illud tempus umbre exprimit quo
iudas machabeus dedicato templo
pro victoria hymnum deo cum populo
cecinit et illud tempus figurat
quo ecclesia pro victoria de antichristo
hymnum deo canit. Capitulum
quod a sacerdote dicitur et angeli legatur
qua precursor christi zacharie promit-
titur et ultima hora designat
qua novissima tuba angeli mor-
tuos suscitabit. Versus qui sequitur
Dominus regnavit declarat quod sicut

christus post resurrectionem in ecclesia
regnavit ita post generalem resurrec-
tionem in omnibus electis regnabit.
In quibus versibus hymnatur dominus
dicitur et ecclesie resurrectio ex-
primitur. Per cantum benedicta quod illu-
cescente die canitur adventum
vere lucis christi in hunc mundum
designatur quod zacharias ei in
obviam cantavit qui plebem suam
in hoc mundo visitavit et sedentes
in tenebris et umbris inferni
illuminavit. Et illud tempus representat
quo in ultimis christi splendor lucis
eterne et sol iustitie adventu suo
orbem illustrat et ecclesia
ei obviam [illegible] letabunda laudes
iubilat quod eam sponsus suus visitat
et diu in tenebris huius mundi seden-
tem sua claritate illuminat. Oratio
quod ~~[illegible]~~ sequitur illa plena benedic-
tione prius benedicti [illegible] intelligitur.
Suffragia quod post cantantur
sunt quasi stationes in domo prin-
cipis quas singuli pro meritis
suis [illegible]. Ideo in dominica die
hee laudes cantantur quod per fidem
resurrectionis christi ipsi gaudia iusti
in resurrectione habebunt. Ideo et
[illegible] pascha frequentatur quod re-
surrectionis christi fit et nostre per-
[illegible] representantur. Ideo vero hec
festis sanctorum cantantur quod sancti
nunc in gaudio quod in resurrectione
dupliciter percipient sunt gratulantur

De sancto benedicto

Hanc eandem significationem
et sanctus Benedictus in ordi-
natione sui officii expressit
hoc solo mutato quod Deus misereatur
in primis ob honorem sancte trinitatis
cantari iussit. In dominica nocte
celebramus nostram liberationem
et angelorum coequalitatem. In
privatis noctibus commemoramus
nostri exilii servitutem. A quo enim
quibus superatur illius et servus voca-
tur. Diabolus autem humanum genus
in primo parente devicit et dure
servituti subiecit ut quod ab hac
servitute liberemur divino servitio
nocturnis horis insudamus ut a
nocte huius vite ad eternam vitam
pergamus. Servitutem quam servitute
autem per sex etates mundi exer-
ti deploramus ideo sex noctibus ebdo-
made hoc officium celebramus. Et
quod noctem xii horis attribuimus
ideo xii psalmos canimus quoniam
qui duodecim mensibus anni fine
detinentur per doctrinam duodecim
apostolorum liberati donentur. Ideo
autem sex antiphonas cantamus
ut per sex opera evangelii de nocte
mortis ad lucem christum transeamus.
Que sex opera sunt esurientem re-
ficere sitientem potare nudum
vestire hospitem colligere infirmum
visitare incarceratum redimere.
Sol quoque superius et inferius
totum mundum in die et nocte
hoc xxiiii horis perlustrat et
presentes quidem sibi stellas in die
lumine suo obscurat absentes
vero in nocte illuminat. Qui sole
iustitie christum prefigurabat qui
hunc mundum superius qui in die
vivunt visitabat inferius vero qui in nocte
sunt irradiavit dum morte sua
sedentes in tenebris et umbra mortis
visitavit. Qui stellas in die
presentes velat dum sanctos in vita sic
hunc ei mundi tenebris celat.
Stellas vero absentes in nocte
illuminat qui iustos in nocte huius
vite illuminat. In nocte igitur
xii psalmos et in die totidem
psallimus quod horis stellas a
sole undique versus illuminari
dicimus. Quoniam nos rapiam an
baptismate stelle facti ab eterno
sole in omni hora illuminemur
si deum in omni tempore benedicere
benedicimus. Et quod pro devicti
servituti addicti et sudore vultus
nostri oportet nos pane vesci ideo
solemus in die necessaria operari
in nocte vero qui nos potest operari
in vigiliis domini ~~[illegible]~~ cum
vacamus ut eo veniente a nup-
tiis in illa ad libertatis ianuam
recedamus. Ideo etiam tres lectiones
legimus quod tres vigilias posuit
dominus. Si venerit in prima si in secunda si
in tertia vigilia venerit et ita
invenerit beati sunt servi illi.
Que tres vigilie tres etates
scilicet pueritia iuventus senectus in-
telliguntur in quibus christum dominum in
bonis operibus prestolamur

iubemur. Tres quoque lectiones legimus
quia in fide trinitatis in tribus etatibus
alterius divini operis instruimur.
Tria responsoria canimus cum
trinitate in fide spe caritate
glorificamur. Psalmum quoque pro
prima vigilia, lectiones pro secunda,
responsoria pro tertia, matutinales
laudes pro quarta noctis vigilia
quia pro debito solvuntur. Dominica
vero benedicta in eius significatione
duodecim psalmos et tres lectiones
inter posuit. In privatis noctibus
constituit hoc tamen mutato quod lectionem
psalmus ~~psalmus~~ interposuit quia
hoc videlicet media nocte agi
voluit. **De matutinis laudibus privatis diebus**

Nox que precessit vitam nostram
in peccatis consumpsit. Nocturnale
officium finitum ante diem. In matutinis
laudibus autem ad libertatem
per penitentiam redimus. Domini caritas
psalmum Miserere mei deus. Et quia
per penitentiam de tenebris mortis
ad lucem transitur, ideo in 2o psalmo
per singulas noctes mane
reminiscitur: Verba mea. Quoniam
astabo et mane videbo. Exaudies
vocem meam. In iudica me deus
Emitte lucem tuam. In te decet
ymnus. Cuius matutinum et vespere
delectabis. In domine refugium meum
fortat et repleti sumus mane
misericordia tua. In domine exaudi. Auditam
fac mihi mane misericordiam tuam. In Bonum
est confiteri domino. Ad annunciandum
mane misericordiam tuam. Tertius
vero per caritatem summo perfecto

fiunt. Tertius psalmus de dilectione
dei canitur in quem sitit anima nostra
cum nos penitentes suscepit deus.
quare in quarto psalmo dicto psalmus sub
iungitur in quo vultus dei super nos
illuminat et salutare dei in omnibus
gentibus cognosci ponitur. Hi duo
psalmi ideo sub una gloria psallantur
quia precepta gemine dilectionis in
una christiana professione pariuntur.
In psalmo quoque Deus deus meus
exprimitur Christi deitas cuius intima
anchora est super vitas. In Deus misereatur
eius humanitas per quam
illuminatur nostra fragilitas. Et
quia hee due substantie in una
persona Christi venerantur, ideo
hi duo psalmi sub una gloria cantantur
quia in fide huius nostri penitentes salvantur. Per hos etiam duos
psalmos fidei et operatio intelliguntur per quas conversi libertatem
vere consequuntur. Et quia per sex opera
nunc sumus per libertatem spiritus
[illegible] ideo sex [illegible] virtute
[illegible] per sex dies cantantur. In
canticum trium puerorum exultamus quia
sicut ille in fornace [illegible] ita nos
[illegible] Et deus qui
[illegible] erat nos [illegible]
penitentia nos consolatur. In
20 [illegible] gaudemus quia sicut
ille morte [illegible] ita nos morte
[illegible] ideo [illegible]
[illegible] ipse confitebitur
tibi. In tertio [illegible] anima [illegible]
quia illa emulam suam ita nos

carne nobis conversante demum vero gaudentes dicimus. Exultavit cor meum in domino qui carnem nostram mortificat et animam virtutibus vivificat. In quarto in ipso est letum quia sicut ille pharaonem et egiptios per moysen ita nos dyabolum et demones per christum subterfugimus. Unde letabimur et resultamus. Cantemus domino gloriose enim magnificatus est. In quinto in abacuc gaudium quia sicut ille in ipso babilone ita nos peccatorum confessione evasimus et diabolum per veniam vicimus ~~vicimus~~ superatum exultavimus qui ante pedes domini est egressus. In sexto in moyse hilarescimus quia sicut ille demersis tocius reprobis ita nos demersis viciis et peccatis per missam indulgenciam recepimus et domino carmine canimus qui victam in hostes retribuit et primus terre ipso sui erit. Porro in uno cum tribus pueris psallimus quia sicut illi nabugodonosor et camino ignis ita nos diabolum et inferni incendium evasimus. Ideo in omni creatura deum benedicimus quia in resurrectione eternas flammas superabimus. Denique laudate dominum canimus quia triumphum de viciis meruimus quem triumphum per primitus cepimus. Capitulo vero nos consolatur dum sacerdos in persona domini nos vigilare et stare in fide hortatur de quo

consolatione nos plaudimus. Deo versum replentes simus mane una dicimus. Hymnum in libertate recepta in gaudium prorumpimus et liberatori meo gratias referimus ita et dicentes Benedictus dominus deus israel quia nos in primis visitavit redemptionem per penitenciam fecit de manu inimicorum liberavit et eternam salutem in remissione peccatorum per viscera misericordie dedit et de morte illuminatos in viam pacis dirigit. Pro qua sacerdos dicit et indulgentia quam deus ad se revertentibus tribuit. Deinde quoque benedicta servos peccatorum per penitenciam libertate et victorie leticia adipisci docuit quamquam pene cotidie tamen tota psalmos et cantica per easdem ferias mutabant cantica singule instituit. Septem cantica in ebdomada canimus quia per septem dona spiritus sancti mundus salvatur. Dominica die canimus Benedicite omnia opera quia prima etate creavit deus omnia et in eadem die per resurrectionem christi renovata sunt omnia. Prima die creavit deus lucem et hac die omnia ad laudem dei admonentur quia omnia ista illustrata sunt a luce. Secunda etate contigit diluvium quod significat baptismum. Secunda die canimus canticum de baptismo ubi ait haurietis

aquas in gaudio de fonte
salvatoris et feria 2a xpistus
baptizatus fuit. Secunda die fecit
deus celum et separavit aquas
ab aquis ita per baptismum angelos
dulos a fidelibus. Tercia etate
liberatus ysaac a morte et
3a feria cantatur canticum in
quo notavit ezechias qui liberatus
est a morte et verus ysaac
xpistus liberavit populum suum a morte
per fidem trinitatis. Tercia die
separavit deus terram a mari
hoc est ecclesiam a synagoga.
Quarta etate est anna amata
emula eius repudiata ideo quarta
feria psallitur eius canticum quia per
quatuor ewangelia est ecclesia
electa synagoga abiecta. Quarta
die facta est sol et luna et sidera
xpistus est sol ecclesia luna fideles
stelle. Quinta etate liberavit
dominus populum suum a babilone ideo
quinta feria cantatur canticum
quod cecinerunt filii israel cum liberati
sunt a pharaone in mari rubro
per pascale agnum. Feria quinta
tradidit dominus corpus suum quo liberavit
populum suum a dyabolo. Quinta die
~~fecit~~ fecit deus de aquis volucres
in celum sustulit pisces in mari
reliquit et per quinque vulnera
sua iustos ad alta levat impios
ad yma dampnat. Sexta die
creavit deus hominem sexta etate

volucres et pisces

et sexta die ecclesia redempta est
xpisto ideo sexta feria cantatur
canticum de passione ubi dicitur
cornua in manibus eius id est
victoria crucis. Sabbato deus
ab operibus suis requievit ideo
cantatur canticum audite celi
quod datum est filiis israel post laborem
itineris cum iam introirent terram
repromissionis ita in sexta etate
post laborem huius mundi dabit deus
requiem sanctis. Appropinquante
luce benedictus ad laudes cantatur
quia per illud canticum veri lux
nobis initiatur. Ad vesperam
magnificat quia in fine diei cantatur
quia in fine mundi deus superbos
deponet et humiles exaltabit.
Ad completorium nunc dimittis servum tuum
cantatur quia quisque iudicium sanctum in
pace introducitur. De vii horis canonicis

Septem horas canonicas
in die quasi ex debito can-
imus pro septem gradibus quibus
a septiformi spiritu suscepimus
formam autem a prophetis et aliis
sanctis habemus ut septies in
die creatorem nostrum laudemus
quatinus in domo eius cum angelis
in seculum seculi laudare valeamus.
Omnibus autem diebus representat
nobis totum huius seculi tempus in quo
quasi diversis horis in vinea
domini laboramus. Matutina illud
tempus nobis commemorat quod pri

parentes deum in paradiso lau-
dabant. Prima illud tempus
indicat quo Abel et Enoch et alii
iusti deo laudes solvebant. Ter-
cia illud tempus insinuat quo
Noe et alii de archa egressi
deum benedicebant. Sexta illud
tempus designat quo Abraham
et alii patriarche deum glorifi-
cabant. Nona illud tempus demon-
strat quo prophete sub lege deum
magnificabant. Vespera illud
tempus denotat quo apostoli et illorum
sequaces deo hymnizabant.
Completorium illud tempus mo-
net quo in novissimo sub anti-
christo iusti deo gratias referent.

De horis et etatibus

Hec eciam representat nobis
vitam nostram quo diversis
etatibus qui diversis horis deser-
vire deo qui in vinea labo-
rant. Ergo per matutinam commemo-
ramus infanciam in qua qui de nocte
ad diem exorti sumus dum de matribus
in hunc mundum nati sumus. Iuste
itaque in hac hora deo laudamus
tenebris qua de tenebris ad lucem vel
tam in baptismo nos renatos exul-
tamus. Per primam pueriam colimus
quam etate liberos iuste recipimus. Ne-
cito in hac hora laudes deo
solvimus qua eius fimus ...
sumus. Per terciam adolescenciam col-
ligimus qua ordines suscipimus
iuste in hac hora deum glori-
ficamus qua eius ministris asso-
ciati sumus. Per sextam iuventutem
innuimus qua ad diaconatus vel
presbiteratus gradum promoti sumus.
Et in hac ergo hora non immerito
deum benedicimus quod duces et magistri
populorum electi sumus. Per nonam senec-
tutem notamus qua plerique a
clero ecclesiasticas dignitates
consecuti ...
Convenit itaque deum nos in hac
hora magnificare qua nos
nos super plebem suam exaltat.
Per vesperam decrepitam reducimus
ad memoriam qua plerumque a
nobis ad inchoacionem vite ...
... tota die in
foro consistentes dum tota vita
in vanitate vivimus. In hac hora
decet nos deo laudibus extollere
qua nos dignos esse suis laudatoribus
adiungit. Per completorium finem
vite nostre tractamus qua per
confessionem et penitenciam salvari
speramus. Per diurna quoque et nocturna
officia celebrat ecclesia Christi iuste-
cia. In nocte est Christus pro nobis
comprehensus ideo in nocte nocturna
psallimus. Mane est illusus ideo
matutinas canimus. Prima hora
est gentibus traditus ideo primam
cantamus. Tercia hora est flagel-

latus eius tertiam psallimus. Sex-
ta hora est crucifixus propterea sextam
cantamus. Nona hora est mortuus
ideo nonam cantamus. In vespera
est de cruce positus ideo vesperam psallimus.
In fine diei est sepultus ideo comple-
torium cantamus. Nocturna etiam hora
dominus infernum spoliavit. Matutina
victor de morte resurrexit. Prima
marie apparuit sicut duabus a
monumento currentibus obviavit. Sex-
ta [illegible] per. Vespera duobus
ambulantibus in emaus se ma-
nifestavit. Completorio cum apostolis
manducavit. In nocte incepto
mus petrus pro negatione plo-
ravit qui postea nocte tota piscando
laboravit. In mane christus in littore
stetit et de piscibus implevit. Prima
hora cum septem comedit. Petro
oves suas commisit. Tercia hora
spiritus sanctus super credentes descendit.
Sexta cum eis dominus recubuit. Nona
eis videntibus celos ascendit. In
vespera vero ante passionem
cum eis cenavit corpus suum eis
tradidit. Completorio patrem pro
eis oravit. De prima dominicis diebus

In dominica die novem
psalmos ad primam psallimus
quatinus cum novem ordinibus ange-
lorum in gaudio resurrectionis
trinitatem laudare possimus.
In primis quinque psalmos de pas-
sione domini cantamus quia christus per

quinque partitam passionem ad re-
surrectionis gloriam pervenisse signi-
ficamus quam si imitari vo-
lumus in resurrectione ei conreg-
nabimus. Deinde iiii^or subiungi-
mus etiam in quatuor partibus mundi
per iiii^or evangelia deo laudare
persolvimus. Primus deo in nove erroris
desperationem. Secundus confitentium laudis
confessionem. Tercius dei immaculatae
legis dei optatione. Quartus tribue
iste visitatione exprimimus.
Quicumque vult fidem manus
exprimimus in qua reliqua omnia con-
tinentur et per qua catholica asso-
ciari credimus. De fide catholica

Fidem catholicam iiii^or temporibus
ecclesiam eciam catholica
recepit in quatuor mundi clima-
tibus inviolabiliter custodit. Primo
simbolum apostolorum scilicet credo in
deum fundamento sibi ponit quem
hoc cotidie in principio diei scilicet
ad primam canit et per hoc opera sua
~~initiat~~ dum hoc ad completorium ¹ consumat
recitat. Deinde fidem credimus
in patrem in synodis legit qua
antiochia synodus edidit. Tercio
credo in unum in concilio apostolo
ad missam ~~modulantur~~ mo-
dulantur quod per constantinopoli-
tanum concilium compilatur. Quarto
fidem quicumque vult cotidie ad
primam iterat quam athanasius
allexandrinus episcopus rogatu theo-
dosii imperatoris ediderat

in quadragesimalibus diebus invitatum in
divino officio operarios in vinea
laborantes et diversis horis ad
excolendam vineam intrantes
et in sero divinum denarium ~~oper~~
reportantes. Pervigil sacerdos
qui incipit invitat ophione
oves suas nocte inclusas mane
in pascua exeuntes. Hec
ovium est plebs christiana. Pas-
cua domini mandata. Inimici vero
obsident bestie cuiuslibet die dei
timuit. In una namque parte leo
rugiens circuit querens quem
devoret. In altera draco insidias
denuntes veneno interimit
aberrantes crude deglutit. Hinc
lupus irruens rapit et oves
dispergit. Unde versus invadens
latrunculus [illegible] dissipat. Unde
pastor deus in adiutorium meum
clamat contra ovile [illegible]
evadat. Oves ante pascue
dico in primo ~~[illegible]~~ summum
pastorem invocant ut eas in
diurnis actibus a nocentibus custo-
diat. Deinde per psalmum deus
in nomine tuo salvum deus in virtute
tua a periculo se liberare petunt
quia alieni insurrexerunt
et fortes quesierunt animam
ut deus in virtute sua illos
dispergat et eas ab omni tribula-
tione eripiat. Per beatam imma-
culatam vineam quam christiana
religio ingreditur et in pascua

vite psallitur in lege domini pascitur
in quo incipere operantur dum dei testi-
monia scrutantur. In hac fortiter
laborantes dum in tribulatione in-
stabilia de lege dei considerant
hanc a summo ope exsolvit
dum fidem suam in quinque vulneribus
exponunt. Per dilectionem legis
domini ad patientiam [illegible]. Per psalmum
deus in nomine ad retributionem pervenimus
per beati immaculati dilecto dei. Per [illegible]
dilecto [illegible] accipit. Per quinque
[illegible] fidei exprimitur. Per fidem
enim ambulamus ut ad speciem
pervenimus. In capitulo post [illegible]
operarios consolatur ut omnibus qui
nomen domini invocaverit salvatur.
Unde alacres in responsorio Iesu
Christe fili dei vivi per Christum filium dei vivi
invocant que in versu Qui sedes
dicte se adiuvare in incepto opere
postulant. Kyrieleison et Christeleison que
sequuntur ob tres causas dicuntur.
Primo ut superflua cogitatio que
psallentibus obrepit dimittatur.
Secundo ut sequens oratio sacer-
dotis exaudiatur. Tercia ut
oratio que quadam prefatiun-
cula ornata interius dicatur.
Tunc [illegible] silent dicatur deo in
colloquium quia non verba sed
cor intuetur. Cum [illegible] pars
ideo apte dicatur ut ab omnibus
confirmatur. Per duos versus
vivet anima mea et laudabit te
et erravi sicut ovis que periit

intelligitur qui per pastorem
velut oves errantes ad gregem
reducuntur. Cum mos symbolum
reentant quia sic corda sua puri
ficant ita per pura opera sua mani
festent. Ideo autem credo in deum
occulte dicitur quia occulta peniten
tia occulte penitentibus indicatur.
Ideo etiam preces et confessio et
oratio sequuntur quia per fletus fructus
penitentes in communi more recipiuntur.
Ob hanc etiam causam septem
penitentiales psalmi et letanie
cantantur.

De capitulo prose

Solent pastores loci mutare
et greges ad alia pascua
minare. Sic et religiosi mutant
dum de claustro in capitulo de ecclesia
sequentes congregantur. Ibi dei
ovibus sal ad laborem datur
dum eis in martirologio vita et
passio sanctorum pronunciatur. Capitulo
vero eis quasi pabula ponit dum
per versum prosa panem
sanctorum apponit. Deinde domine
auxilium per deus in adiutorium
meum innovat ut gratia dei prelatum
quasi evadat. Deinde qui omnes
benedicit deus eos dirigi et sancti
ficari in lege dei posset. De hac
lectione reficiuntur et tunc singuli
in opera que iniuncta cultores digni.
Cum tertia cantatur quia a novis
operariis in vinea laboratur.
Cum sexta cantatur quia ab aliis labor

suscipitur. Cum nona psallitur quia
iterum ab aliis onus subitur. In vespera
decantatur recipitur. Tertia et sexta
et nona ideo ternis psalmis cele
brantur quia in his tribus horis trinitas
veneratur. Sed queritur cur prima
dicatur cum tertia et non potius
secunda prosequatur. Item cum tertia
ponitur cur deinde sexta et
non quarta vel quinta quod dicatur. Item
cum sexta nona et non magis septima
vel octava prosequatur. Dicendum
est quod dies in XII horas dividitur
et pro unaquaque hora unum
capitulum de psalmo Beati imma
culati continetur. Pro prima hora
Beati immaculati. Pro secunda retribue.
Pro tertia legem pone. Pro quarta
memor esto. Pro quinta bonitatem.
Pro sexta defecit. Pro septima
quomodo dilexi. Pro octavo iniquos
odio habui. Pro nona mirabilia.
Pro decima clamavi. Pro undecima
principes. Per hunc psalmum lex dei
id est caritas nobis pronunciatur
in qua operarii pro eterna vita
cotidie operantur. Unde et in singulis
capitulis aliquid de lege memoratur.
Quia per psalmum hunc quasi per
regiam viam superna patria intratur.
In beati immaculati dicitur qui ambu
lant in lege domini. In retribue con
siderabo mirabilia de lege tua
et de lege tua meditatio mea
est. In legem pone scrutabor legem
tuam. In memor esto a lege tua

non declinavi et dormivi custodire legem
tuam. Item bonitatem bonum in lege est
tua. Item defecit non ut legem tuam.
Item quomodo dilexi legem tuam.
Item iniquos odio habui legem tuam dilexi. Item
iniquitatem odio habui non custodierunt legem
tuam. Item clamavi legem tuam non sum
oblitus. Item principes legem tuam
dilexi. Et lex tua meditatio
mea est. Semper in tercia hora
officium solvitur quia trinitas in celis
colitur. De vespera

Vesperam laude certa sollempniter celebrat quia Abraham
et alii patriarche ante legem
sacerdotes et prophete sub lege sacrificia ad vesperam offerebant
et dominus in vespera cenans corpus suum
discipulis tradebat. Quinque autem
psalmi huius hore quinque vulnera
Christi significant qui se in vespera
mundi corpus nostrum sacrificabat. Hora
et vespera terminat. Dirigatur oratio
mea. Duodecima hora dicitur
clauditur et operarius iam parte
operis denarius dabitur. Hymnus autem
omnibus [illegible] intelligitur cum quo transacta
vita mercedem suam reddit. Item
quinque psalmi cantantur quia pro
labore quinque sensuum remunerabuntur. Hymnus qui subiungitur
laus victorie accipitur quia sicut
illi post laborem accepta mercede
gratulantur ita isti post decursum mundi
pro eterna gloria laudant.

Hoc capitulum cantatur ut singulis
decimam deo dare admoneat. Tum per
versum qui sequitur qui hostium pulsant et sibi aperiri postulant. Hore
sic autem bonorum operum lampadibus
gaudium domini sui intrant cum quinque
virginibus. Unde cum cantico sancte
Marie anima illorum dominum magnificat
et spiritus illorum in deo exultat qui
fecit eis magna [illegible]
Ordo quam postea sequitur et benedicitur
quia [illegible] deo benedicatur. Cum
vespera de precedenti die cantatur
tunc primus vite tempus denotatur
qui ab initio mundi dies precessit
mortis hominum hora servabatur. Cum
vero de sequenti die celebratur
tunc future vite leticia designatur
que a Christi resurrectione [illegible]
dies sequitur designans quod
post mortem carnis nobis dies vite
credentibus dabitur. Cursus de
sancta Maria vel de omnibus sanctis
a lege constitutum sed ob devotionem
cantamus ut quia servi inutiles
debitum servicium negligenter persolvimus mediacione amicorum dei
offerimus ut per eos obsequium
nostrum acceptabile fiat et
graciam dei nostri obtineamus. Con-
suetudo nostra [illegible]
[illegible] ab ipso deo
[illegible] qui [illegible] benedixit
et post [illegible] hymnum dixit [illegible]

cause sancto augustinus ad mensam
instituit qui mentes cum corporibus
refici voluit quia non in solo pane
sed in verbo dei homo vivit. Quod
religiosi ad collationem conveniunt
hoc a sanctis patribus acceperunt
qui in vesperis solebant in unum con-
venire et de scripturis insimul
conferre. Et quia ipsi tunc invicem
contulerunt collationes dicuntur
et hinc libri similia ad collationem
leguntur. Ad completorium confes-
sionem facimus ut quod quod in die
deliquimus diluamus. Ad primam vero
idem facimus ut quod quod in nocte
peccavimus puniamus. Completorium
inde dicitur quia divina servitus nostra
per hoc completur. Et quia corpus
nostrum in nocte ab humanis sensibus
destituitur ideo per hanc horam inte-
gre deo committimur. Ideo autem
quatuor psalmos cantamus quia ex
elementis subsistimus. Per ymnum
victoriam de nocturnis illusionibus po-
scimus. Per versum nos signaculo di-
vine custodie quasi pupilla oculi
sigillamus. Per nunc dimittis pacem
et lumen dei optamus. Per dominicam
orationem et symbolum fidei nos ab
hostibus firmamus. Ad primam con-
fitemur et credo in deum dicimus quia
tota opera per ipsum incipimus et
quasi credimus. Ad completorium

eadem dicimus quia tota operatio omnis
in eo concludimus. Post completorium
etiam quod tunc cantatur cum dies a
nocte accipitur illud tempus nobis
ad memoriam reducitur cum vita
nostra a morte accipitur. Ideo
per convertere nos inchoamus ut
ei mat conventum et ira dei a
nobis avertatur. Et quia demeritis
desperamus deum per versum deus in
adiutorium invocamus. Tunc psalmum
cum invocarem qui de morte domini
in sabbato sancto psallitur
cantamus quasi in morte dor-
mientes in pace qui est Christus
quiescamus. Inde dicimus canimus que
deus in cruce cantavit cum idem
accipiamus spiritum in manus prius
commendavit ut cum spiritum nostrum
suscipere velit. Hinc quoque hortatur
in adiutorio altissimi subiungimus
quem de temptatione ut passione
domini canimus quatenus a timore
nocturno ab aspide et basilisco temp-
tatione deus nos eruat et a
leone et dracone incursione eripiat.
Deinde ecce nunc psallimus quatenus
in domo domini benedici possimus in
primo capto et versu victoriam
possimus ut in Christo qui vivit media
supplemus. Cum cantico Symeonis
pacem rogamus ut sicut Symeon
post quam lumen Christum pacem vite
intravit ita nos post lumen
fidei aeternam pacem ~~ut~~ requiem

De cursu monachorum

De cursu monachorum

Queritur an sanctus Benedictus
aliter nocturnas horas or-
dinaverit quam mos ecclesie
habuerit vel an principibus apostolorum
Gregorius horas sua auctoritate
probaverit. Sed sciendum est hoc
sapientissima dispositione princi-
pio ut puto a viro pleno spiritu omnium
iustorum, sed ut contemplativa vita sicut
situ ita etiam officio ab activa discer-
neretur et monastice discipline
privilegio hoc religio commendaretur.
Unde beatus Gregorius omni sapientia
preditus perpendens virum Deo plenum
hec supradicta significat ordinas-
se; tunc legitur ea auctoritate
roborasse. Licet psalmos primi
tenuerint, tamen sub eadem significatione
posuit. Tempore enim sex diebus
in hac vita quasi sex etatibus qui
in vinea domini laborant, ut sicut
in dominica requies ~~requies~~ ita
in septima etate denarius vite
compensatur. Ideo sex diebus psalmos
de illo tempore ad primam instituisse
consideratur, qui sex etatibus
quasi diversis horis in vinea domini
laborasse memoratur. De prima.

Prima quippe die Beatus vir cum
reliquis instituit, qui Abel et alios
iustos designat, qui prima etate quasi
mane vineam domini intrabant. Secunda
die Dixit dominus meo inter spaci-
um aliis cantari censuit, qui
Noe et alios sanctos representant,
qui secunda etate quasi tercia hora in
vinea domini laboraverunt. Tercia
die Nonne confortet homo tercia
die cantatur, in quo Abraham et qui
primum ydolatriam instituit per quem
cuncti per eum exprimuntur qui super omne quod
dicitur deus extollitur. Cum et
In domino confido qui tenere et p-
salmum ante fac quia Abraham denarium
qui 3a etate in hac vinea desu-
dabant. Quarta die Usquequo
quod cum reliquis instituit, qui Ioseph
et filios Israel in Egypto peregrinantes
insinuat, qui quarta etate quasi sexta
hora pondus diei et estus portabant.
Quinta die Conserva me domine
cum aliis decantari voluit, qui sacerdo-
tes iudices et reges exprimunt, qui
quinta etate quasi nona hora sub
lege huius vinee operam impenderunt.
Sexta die cum sermone sancto cantatur
in quo Iohannes apostolus intelligi-
tur, et Celi enarrant qui apostolos,
et Exaudiat te dominus qui mar-
tires designat, qui sexta etate
quasi hora ~~nona~~ undecima hanc vineam
colebant. Ad tres horas scilicet tertiam
sextam nonam psalmos de quindecim
gradibus cantari instituit, quia per trinitatem
quindecim gradus caritatis ad celi dominum.

Vesperas quaternis De vesperis
psalmis celebrari decrevit
quia per iiiior evangelia denarium
adipisci monuit. Completorium

tribus psalmis sicut alias ho/
ras terminari consuevit, quia cuncta
in fide spe et caritate compleri
voluit. Huic autem ordinem psal/
morum dicitur a beato ambrosio ante/
posuisse. Porro in omni die de
illo psalmo horas instituit quia
lege dei scilicet caritate finit quia
in resurrectione deus qui est
caritas omnibus hic in lege per/
vincentibus per caritatem laborantibus
promittitur et reges erunt. Ad primam
autem quaterna ad reliquas vero
horas novena capitula psallantur
quia per quattuor virtutes ad nove/
na agmina angelorum hic in corpore
laborantes pervenient. Sicut olim
dies a paganis erant ydolis
dedicati ita nunc sunt singuli
a christianis christo dedicati. Dominica
quippe est conceptus ideo illa
die nocturnam Beatus vir
psalmus quia ipse in consilio peccatorum
in utero virginis abiit et
tamquam sponsus de thalamo
processit. In nocturna cantatur
Filius meus es tu ego hodie ge/
nui te. In vespera autem ante luci/
ferum genui te. Secunda die est bap/
tizatus ideo ea die nocturnum Domine
illuminatio mea cantamus in quo
dicitur vox domini super aquas
dominus pater voce filius tactu spiritus sanctus
in specie sanctificabat illas.
In vespera autem placebo domino

filius dicat et pater hic est filius
meus dilectus in quo michi bene
complacui sonuit. Tercia die
est natus ideo tercia feria nocturnum Dixi
custodiam cantamus in quo dicitur
holocaustum pro peccato non postu/
lasti ideo ecce venio. Item eruc/
tavit cor meum verbum bonum. In
vespera fiat pax in virtute
tua quia pax magna in mundo
fuit dum christus pax nostra venit
qui nobis verum pacem fecit. Quarta
die est a iuda proditus ideo quarta
die nocturnum Dixit insipiens
cantamus quia insipiens iudeus dixit
non est deus sed homo. Et quo
ipse [?] eorum nocturno. Tu vo/
cavimus dixi meus et nomen
meum. Cum sit mecum dulces
capiebas cibos in domo dei
De iudeis quorum Exacuerunt
ut gladium linguas suas [?]
In vespera autem Saepe expug/
naverunt me a iuventute mea
Supra dorsum meum fabricaverunt
peccatores. Quinta die nova
lege inchoavit corpus suum
tradidit ideo feria quinta
psalmus nocturnus Salvum me
fac deus in quo cantamus Panem
angelorum manducavit homo et
cena nocte est consecratus ideo
cantamus. Deus dereliquit eum
persequimini et comprehendite eum. In vespera autem O/
mnibus suis comprimitur ideo dicit

donec tabernaculum deo iacob
certitam per crucem inveniret. Sex-
ta die est crucifixus id est feria sexta
mortuum. Exultate deo canimus
in qua dicitur quod inimici eius sonue-/
runt quando eum in lacu inferiori
posuerunt / quando est factus et sicut
homo sine adiutorio inter mor-/
tuos estimatus. In vespera autem
linguas suas sicut serpentes
acuebant tota die prelia belli
constituebant. Septima die
iacuit in sepulchro id est sabbatum
Cantate domino psalmus in quo
dicit proiecti sicut servi amici /
et sicut pellicanus a parente
omnis emarcuerit. In vespera
autem homo vanitati similis factus
est dies eius sicut umbra pretereunt.
In octava die resurrexit id est
dominica cantemus. Ego dormivi
et quievi et dominus suscepit
me / et animam meam in inferno
non derelinquet et in caput gentium
me constituit. In vespera autem
de torrente in via bibet propte-/
rea exaltabit caput. Et de
pulvere inopem suscitavit.

Eadem in officio sancti
Benedicti notantur. In dominica
conceptio ut ibi. Tollite portas
principes vestras. In vespera ut
ibi habitare facit sterilem in do-/
mo letantem. In feria secunda
baptismus ut ibi verbo domini
celi firmati sunt et spiritu oris

eius omnis virtus eorum / congregans
sicut in utrem aquas maris.
In vespera ut iordanis conversus
est retrorsum. In feria tertia nativitate
ut ibi. Dominus virtutum nobiscum /
et ibi sicut audivimus sic vidimus
in civitate domini et cetera. Suscepimus
deus misericordiam tuam. In vespera ut ibi
De fructu ventris tui ponam super.
In feria quarta ... ut ibi principes | gratis
inimici ... repellere et ibi
adversum me loquebantur qui sedebant
in porta et in me psallebant qui
bibebant vinum. In vespera ut ibi
filia babylonis misera / et ibi
Dominus retribuet. In feria quinta ce-/
pit eos comestio ut ibi panem
celi dedit eis. In vespera ut ibi
dirigatur oratio mea sicut incensum
in conspectu tuo etc. In feria sexta
passio ibi Deus iniqui insurrexe-/
runt etc. Et ibi quando est ambulatio
in bello. In vespera conside-/
rabam ad dexteram et videbam
periit fuga a me. In sabbato
sepultura ut ibi sol cognovit
occasum suum. In vespera ut ibi
Exibit spiritus eius et revertetur
in terram suam. In dominica resurrectio
ut ibi anima mea illi vivet. In
vespera ut ibi. Exortum est lumen.
Quod quibusdam psalmis ista per
interpositum. Hoc secundum hebreos
fecit qui quibusdam psalmis
diapsalma interponuntur
ubi alacre sensu intelligunt

De nominibus dierum

Dies apud hebreos dominica
prima sabbati secunda sabbati tercia
sabbati quarta sabbati quinta
sabbati sexta sabbati sabbatum. Apud
paganos dies solis dies lune
dies martis dies mercurii dies
iovis dies veneris dies saturni.
Apud christianos dies dominica secunda
feria iii iiii v vi sabbatum.

De festis diebus

Dies paganorum festus est
in religione christianorum ut
cum ipsi natales suos colerent christiani
natale domini vel sancti iohannis baptiste
vel sancte marie celebrarent ut
illi sollempnia deorum immo demonum
ita nos festivitates sanctorum et
sicut illi triumphos suos ita nos
victorias martirum sanctorum.

De potestatibus

Potestates
secularium verse sunt in
honorem spiritualium. Papa romanus
augustis et cesaribus comparatur.
Patriarche quorum tres sunt unus
in asia apud antiochiam alius
affrica apud allexandriam
tercius in europa apud consta-
tinopolim equantur patriciis.
Archiepiscopi regibus. Metropolitani
ducibus, episcopi comitibus. Corepi-
scopi proconsulibus. Tribunis militum abba-
tes vel prepositi. Cancellarii
prefectis. Archipresbiteri centurionibus.
Decani decurionibus. Presbiteri ad-
vocatis. Diaconi subdiaconi
quatuorvironibus vel trium viris.
Ceteri congregationis aule ia-
nitores in ecclesia hostiarii.

Carminum inlatores vel comici
vel tragedi sunt apud nos lectores
cantores et psalmiste.

De imperatoris susceptione

Imperatoris susceptio est
triumphi imitacio. Triumphus
namque regibus exhibebatur
dum post a pugna victis vel
captis hostibus victores reverte-
bantur. Triumphus autem dicitur
exultatio quia erat hiis qui susce-
pto imperatori cum victoria
occurrebant. Trabea id est purpurea
veste auro contexta et corona
aurea palmam auream deferebat
sicut curru gemmato niveis
equis trahentibus ad capitolium
scilicet summum templum cum laudibus
vehebatur. Senatoribus celebri
militum ... precedentibus primos
id est festum de victoria reportatos
precinentibus militibus hinc inde
et canentibus laudes ...
populo sequente plausu et tri-
pudiante. Reges vel principes
capti aureis cathenis vincti
ante currum ducebantur. Vulgus
captivum manibus post tergum
vinctis sequebatur. Greges
camelorum et equorum spolia porta-
tes comitabantur et pompa deco-ra- vel hec
bant. Tota etiam civitas
coronabatur id est aulea pallia
dorsalia tapecia corone per
plateas suspendebantur. Deinde
spolia victoribus dividebantur.
Porro milites qui in conflictu
hostes vicerant palmas

aureo filo ligatas ac palmatas togas id est preciosas vestes in quibus palme victorie erant depicte amiciebant, ut sicut palma semper viret ita illorum memoria iugiter apud eos personaret. Hinc triumphum illi ipse imitantur quando dominum qui de morte triumphator cum palmis et laudibus exceperunt. Ideo et martiribus palme in manibus pinguntur quia et palmas in manibus habuisse leguntur quas in superna curia a summo imperatore acceperunt qui de certamine istius mundi victores reversi sunt. Ob eandem causam etiam qui de Iherosolimis veniunt palmas in manibus deferunt quod significat se illi regi militasse qui in Iherosolimis cum dyabolo pugnans victor extitit et celi palacium cum angelis triumphans introyvit.

De susceptione episcopi

Episcopi vel alterius principis susceptio est trophei imitacio. Dabatur enim hiis qui hostes tantum in bello vicerant triumphus, dabitur ita hiis qui hostes tantum fugaverint tropheum exhibebatur. Tropheum autem dicitur conversio eo quod hostes essent in fugam conversi, ut cives ad propria reversi. Erat magnifica susceptio, non tamen curru vectio sed corone laurea adornatio. Similiter etiam qui hostes tantum fugaverant non palme sed lauree sed serta de lauro aureo filo contexta dabant et candidis vestibus induebant. Cum vero in agone certabant torquem id est circulum aureum circa collum amiciebant.

De festivitatibus domini

Hec ut diximus de horis dicenda sunt. Nunc restat ut de sollempnitatibus pauca perstringamus.

De adventu domini

Adventum itaque domini ob has causas celebramus. Primo quia illud tempus recolimus quo antiqui sancti premissum cognovimus. Secundo sanctos eius laudibus comparamus quo cum veniret noster in fine vite adventum non ignoramus. Tercio illud commemoramus quo eum adhuc affuturum iudicem speramus. In ebdomadarum lectionario et evangeliario quatuor ebdomade adventui domini annotantur quia per quatuor etates seculi adventus eius a sanctis eius predicabatur. In antiphonario autem et in graduali libro quatuor septimane intitulantur quia per legem, per prophetas, psalmos et gentilium libros Christi adventus predicabatur. In hoc tempore gloria in excelsis deo et te deum laudamus non cantantur quia iusti ante Christi adventum in tristicia inferni detinebantur. Hec tamen ideo intermittitur ut in nativitate